

TVRBA PHILOSOPHO-  
RVM, EX ANTIQVO MANV-  
SCRIPTO CODICE EXCERPTA,  
qualis nulla hactenus visa est  
editio.

*ARISLEI EPISTOLA, QVAM DE  
intentione libri futuris, ad eorum instructionem  
sapientum dictis præmisit: quæ  
hic est.*

**R**ISLEUS genitus Pythagoræ, discipulus ex discipulis Hermetis gratia triplicis expositione scientiæ discens omnibus posteris res diuis salutem, & misericordiam. Narro quod Magister meus, Pythagoras Italus, sapientum Magister & vatum caput, tantum donum Dei, & sapientiæ habuit, quod nemini post Hermetem datum est. Discipulos igitur eius iam multiplicatos, & per omnes regiones principes cōstitutos ad hanc pretiosissimam artem tractandam voluit congregare, ut eoru locutio sit radix post se venturis. Iussit autem vt Iximidrus prius loqueretur, qui optimi erat consilii, qui incipiens ait.

*Pythag: Ital*

*Sermo Primus.*

**I**XIMIDRVS ait. Dico omnium initium esse naturam quan-  
dam & eam esse perpetuam ac omnia coæquantem, & quæ  
videntur naturas eorumque nativitates, & corruptiones esse  
tempora quib. termini, ad quos pervenitur, videtur, & voca-  
tur. Doceo autem vos, stellas esse igneas & aëra ipsas continere,  
& si aëris humiditas & spissitudo nō esset, quæ solis flamas

*s. Vel.*

A

separa-